



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in Caput XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

simile mihi sit commendatione, & favore summi Pontificis Joannis XXII. ad Canonicatum Ecclesie Pragensis absentem ( quod illi saeculo non inusitatum fuit ) erectum, suis deinde virtutibus, & doctrinæ merito, post annos aliquot, *Decanum Ecclesie*, auctore *Ioanne Rege*, voce & suffragijs Canonicorum nominatum, ac jam præsentem, solenni cæmoniâ creatum esse: nam quis tam ignarus moris antiqui reperietur, ut credat eum, qui *Decanus electus* sit, prius *Canonicum* ejus Ecclesie non fuisse? & cum sua Venerabili Capitulo constaret libertas, præteritis omnibus, electum contendat, qui ex coetu Canonicorum, & Ecclesie illius corporie, non esset? nisi fortè id magnæ doctrinæ datum putemus. Sed, ut dixi, res nota in Antiquitate, & propè carens exemplo. Destitutus *Pragensis Ecclesie* monumentis, & consulere absens manuscripta non possum, ut cui *Arnestus* in ea dignitate successerit, proferam; sed Anno 1326. eam dignitatem adiisse, electumque *Decanum*, facile ex Notis, quas subjeci, patebit.

*Arnestus De-*  
*canus Pra-*  
*genfis Eccle-*  
*sie Metropo-*  
*litana.*

## Notæ in Caput XI.

**H**istoriam Regum Bohemiæ. Eundem libraria plura manuscripta vetera citare solent, atq; ipse Carolus Imperator in vita sua ( quam edidit Freherus ) quoties aliquid præterisse sibi visus est, aut minus explicuisse, ad eam historiæ & Chronica Regum Bohemiæ Filios suos ( quibus scribebat ) remittit. Existimo Reges Bohemiæ Veteres, atq; ipsum Carolum ( qui artes regnandi callebant optimè ) habuisse semper viros doctissimos ad latus, quorum labore temporum Annales conficerentur. Utinam iij nunc libri, sicuti in scrinijs Antiquitatis latent, appareant! Nam quod aliqui Pulkawam, qui Cæsaris Caroli tempore Bohemicā historiam scripsit, suspicantur, de nihilo est, cum ea quæ à Carolo, aliisq; Manuscriptis codicibus citantur, non habeantur.

*Chronicon*  
*Regum Bo-*  
*hemiaæ Veteræ*  
*periisse si-*  
*detur.*

I 2

III

Studia litté-  
rarum Majo-  
ribus in pre-  
tio,

Illi sæculo inusitatum non fuit. Habebant ab-  
sentium rationem Majores nostri, ac præcipue si litterarum causâ ab-  
essent. Ita Pretislaus, dum Bononiae studeret, his ipsis annis in Epi-  
scopum Wratislaviensem à Canonicis electus, ut narrat Schickfus.  
in Annalib. Silesia lib. 3. cap. 2.

Quo anno e-  
lectus in De-  
canum sic  
Arnestus.

Ex notis patebit. Id sic probo: decem & septem annos  
Ecclesie Pragensi, Decani nomine, prefuisse Manuscripti Codices af-  
firmant (Cruger. in pulveribus sacris ult. Junij) constat item o-  
mnium historicorum fide (Hageci, Lupaci, Weleslavini, Chronicis Gla-  
censis, Vita scriptoris, Pontani) Episcopum creatum Anno saculi  
1343. hinc manifestè conficitur, anno, quem nominavi, 1326. Deca-  
num electum.

**An. 1336.** Sancti Viti Templum ab Ioan-  
ne Rege spoliatur, Arnesto Decano  
frustra obnitente; interea Carolus  
Princeps, Arnesti virtute &  
Scientiâ capitur.

## CAPUT XII.

**R**egnabat apud Bohemos hoc tempore Ioannes, Henrici  
septimi Cæsaris filius, ex Lucemburgenſi stirpe, Princeps  
ad bella natus, nec magis virtutibus, quam vitijs nobilis; in utramque enim partem veterum Regum more  
Ioannes Rex præceps ferebat. Is cum bella per terras omnes circumferret,  
Bohemie ar- maius inclitus, neque vicinos tantum Austriacos juxta Bavarios, Polenos, sed do-  
mesticos